Der Brief des Hieronimus erscheint mit der Überschrift:
Incipit epla Ieronimi pbri ad damasum ppam urbis rome (rubr.)
u. der andere:
~~Incip~~ Eplā damasi pape ad Ieronimū pbrm (rubr.)

nempe legis[a] et codices Karoli magni sui in-
cliti patrui sequens vestigium. Lectionem enim
toto die tripharium audiebat ipse attentim.
eciam si tunc esset profecturus in prelium.
Triformia quoque[b] sunt huius libri signacula,
ex metalli materia fabricata moraliter. Unum
nempe comprobatur aureolum. Quo inquam so-
luto rutilans status priscorum Romanorum
pontificum tam confessorum quam martyrum,
tamque bonorum quam minus utilium us-
que ad secundum papam Innocentium
patebit et textum. Alterius vero signaculi
argenti resonancio fabricati, pandet solucio,
doctores ipsius ecclesie qui fuere. eam
construendo ex lapidibus. post dotando illam
immobilibus. at ipsam preciosis ornando
iocalibus. Sequenti quoque signaculo ferri duri-
cia incudato referato ex[or]tius clarebit qui
fuerint Romane ecclesie defensores[c]. tam in
eius dirimendis scismatibus quam in ipsius
dirigendis presulibus. quam in eiusdem iuri-
bus etiam defendendis cum brachio. Fixi quoque

a) legi[s] c.
b) quoz c.
c) defensore[s] c.